

Exemplar omnium virtutum,  
 Lignum vitæ,  
 Via salutis,  
 Clavis Paradisi,  
 Præsidium miserorum,  
 Consolatio pauperum,  
 Fortitudo languentium,  
 Medicamen infirmorum,  
**O Crux sancta,**  
 Fons miraculorum,  
 Sacramentorum condimentum,  
 Animæ nostræ preium,  
 Solamen agonisantium,  
 Propugnaculum in Christo morientium,  
 Thesaurus omnium Christianorum,  
 Ecclesiæ triumphantis decus,  
 Ecclesiæ militantis gladius,  
 Ecclesiæ patientis salus,  
 Admiratio cœlestium,  
 Asylum terrestrium,  
 Frenum infernorum,  
 Terror dæmonum,  
**O Crux Sancta,**  
 Mediatrix hominum,  
 Exultatio Angelorum,  
 Spes Patriarcharum,  
 Lumen Prophetarum,  
 Clypeus Apostolorum,  
 Galea Martyrum ;  
 Palma Confessorum,  
 Diadema Virginum,  
 Corona Sanctorum omnium,

v. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi,  
 R. Quia per sanctam Crucem tuam redimisti mundum.

## OREMUS.

**D**EUS, qui unigeniti Filii tui pretioso Sanguine vivificæ Crucis vexillum sanctificare voluisti, concede, quæsumus, eos qui ejusdem sanctæ Crucis gaudent honore, tuâ quoque ubique protectione gaudere : Per eundem Dominum, &c.

**D**EUS, cujus antiqua miracula etiam nostris sæculis per virtutem Crucis corruscare sentimus, tribue nobis supplicantibus, ut hoc vexillum sanctæ Crucis Filii tui, ad conferendas inimicorum nostrorum insidias, et ad assequendam corporis et animæ sanitatem, nos in tuæ protectionis securitate constituat : Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

a. Amen.

Auge pîs justitiam, reisque dona venia.